

**www.e-rara.ch**

**Constantia Rhenana, lacus Moesii olim, hodie Acronii et Potamici metropolis, sacra et profana**

**Bucelin, Gabriel**

**Francofurti ad Moenum, 1667**

**Zentralbibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-45040>

[S. 1 - 54].

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CONSTANTIÆ  
RHENANÆ SACRÆ  
ET PROFANA  
NÆ, &c.

PARS PRIMA.

Topographica Ejusdem & Lacus  
sive Maris utriusque nec non subditarum amplis-  
simæ Diœcesi Provinciarum De-  
signatio.

*Authore*

R. P. F. GABRIELE BUCELINO, Asceta Imperialis  
Benedictini Monasterii Weingartensis, Priore  
S. Johan. Bapt. in Veldtkirch.



Constantia, sive Constantinopolis Occidentalis, *Constantino-*  
Orientalis illius, gloriâ & situ non minus, quam nomine *polis Occid.*  
æmula, Constantium patrem & Constantinum filium, Au-  
gustissimum utrumq; Conditores, seu Restauratores ha-  
buit, ab illo nomine, ab isto thesserâ omnium nobilissimâ,  
prima Orbis Urbium Crucis Sacrosanctæ triumphali signo *Prima Urbium*  
insignita, quam Veteri primum scuto, Castrum repræsen- *Crucem pro*  
tanti, inter Angelicas manus, junxit, & solam deniq; sufficere censens, con- *insigni habet.*

stanti, inter Angelicas manus, junxit, & solam deniq; sufficere censens, con-  
testandæ Civium sanguine devotionis supremum clypei colore sanguineo  
tinxit, & hucusque gloriôsè usurpavit. Solâ Imperij gloriâ Orientali illi  
cedens, cum Sedes ordinaria Cæsarum non esset, hospita tamen & diuti- *Regum sedes*  
na fuit, Regum vero Alemanniæ & Galliæ domestica, & diutissimè propria, *Regis.*  
A quamdiu

2 TOPOGRAPHICA CONSTANTIÆ

*Situ elegans.* quamdiu per Romanorum cæterorumq; hostium ambitionem licuisset. Situ multo elegantiore, cum illa duo inter maria Mediterraneum & Euxinum, falsedine & impetuositate aspera confideat, hæc inter dulcissima & deliciosissima Acronium & Venerum media, in amplexu præterea fluviorum Casaris Rheni, longè lateq; non nisi Chyrtallo simileslympidissimas aquas, nocte æmulas cœli, terras uberrimas, vineis utrobiq; agris, pratis cultissimas, urbibus, castris, pagis frequentissimas, incomparabili oculorum & mentis recreatione intuetur. Cœlo utitur propitio admodum, ipsam quoq; inter hiemis inclementiam, aère temperato, unde omnis generis frugum & fructuum copia incredibilis, mirifico sapore se commendans, pecoris ab vicina Helvetia insignis frequentia & præstantia, piscium, anatum, omnis generis volucrum tanta varietas, ut nemo non peregrè veniens nimiopere admiretur. Gradum longitudinis 31. 0. latitudinis 47. 30. assertione Clavii occupat. Dies maxima horarum 15. 46. 44. ratio umbræ æquinoctialis meridiana 65. 9. ad gnomonem 60. in altitudine solis 42. 30. Inter antiquissimas Germaniæ Urbes est, etsi incompetis primi Conditoris nomine & annis, Alemannicarum facile Princeps & Regia, cui ab ipsis Alemannis deserta. & spe redomuitionis de industria civibus præcisâ, quo animosius Italiam impeterent exusta & diruta; Romani demum Victores, veteri abolito nomine, an corrupto, Vitodurum (sic Vetustissima in marmore inscriptio habet, inserta ab ipso Urbis Restauratore Constantio in ipso ambitu murorum) appellarunt, etsi Ganodurum Ptolomæus & Ortelius contendant. Nec dubium esse debet, pro nomine Conditorum, seu Restauratorum alia & alia subinde nomina habuisse, uti Valerium Romano etiam nomine, à Valerio procul dubio Duce vel Principe aliquo aliquamdiu dictam, alii Castrum Aquarum (insignia prima Urbis innuere videntur) alii Turgaïorum Augustam appellatam volunt. Harudes, sive Harudopalim Vetustissima nomenclatura, à populis vicinis, inter Alemannos spectatissimis cognominatam Adrianus Junius aliique haud improbabiler adstruunt, quæ omnia nomina, alio & alio tempore habuisse, ut negare non præsumimus, ita de primi atque ultimi notione nimè ambigimus. Remansit stabile deinceps Constantiæ semel impositum à Constantio Augusto nomen ab anno Christi 299. ad hoc usque præsens sæculum nostrum & annum 1666. & à memorabili Constantii, cæsis Adalgero & Alemannorum Septuaginta millibus, victoria, insigne hoc Christiani Principis Trophæum, & militaris gloriæ consurrexit monumentum Harudopalim & Vitoduri gloria, è tristi busto resuscitata. Nec dubium, dignum Casare Opus erexisse Constantium, quod ipsius Majestatem nomine præferret, cum tot cæteroquin Gentium & maximarum Urbium Domitor & Restitutor, nulli alii nomen suum imposuisse memoretur. Et merito,

utpote

## ET DIOECESEOS DESIGNATIO.

3

utpote quam situ non tam amœnam, quam natura munitissimam, stabilitundis Romani Imperii rebus oportunitissimam, connexione amplissimarum Provinciarum, subvehendorum mari terraque necessariorum commodissimam, pro insigni sua rerum militarium cognitione pernoverat, haud minimum inde Romana sibi Republ. gratulante, & locum deinceps lectissimæ notæ præsidio communiente, & magni Numinis Ducibus & Præsidibus gubernandum committente.

Dicitur autem Constantia Rhenana, sive ad Rhenum, ad differentiam Constantiæ in Normannia sitæ, & à filio Constantii nostri Constantino in Normannia conditæ, quæ & Constantia Castra nominatur, sita in Archiepiscopatu & Parlamento Rotomagensi, gradu long. 19. 0. 49. 0. Ubi altitudo solis 41. 0. dies maxima horarum 16. 0. 8. umbra æquinoctialis 69. 10. huic tamen nostræ Constantinopoli, antiquitate, nobilitate & sexcentis dotibus cultissimæ, minimè comparanda.

*Constantia diversa.*

Maximi splendoris Urbem, jam ante Christum natum fuisse latentia profundissimè, reperta subinde maximæ molis rudera produunt, ita ut longo terrarum tractu clavus ille elatior, qui à Porta Creützlingensi, versum Cænobii eodem nomine veteris bustum & aream exporrigitur, mera aggestio ruderum, & vetustissimæ urbis reliquiarum deprehendatur. Comparatissimum id omnibus fuit, cum anno Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, magnificæ illius & robustissimæ, propè portam prædictam turris (Conrado Grünenbergio viro Nobili tunc Ædilem agente) fundamenta essent jacienda, dum incredibili labore non sine maxima admiratione, nullo reperto solidioris soli indicio per crûsta tantum & frustra veterum ædificiorum, per miræ duritiei lateres, variæque fortis immixtos cœmento durissimo lapides, ad maximæ demum molis, amplissimi pontis, longè productos fornices, insanis substructionibus & pilis sustentatos descenderetur; ita ut facilè omnes animadverterent, Rhenum olim vel integrum, vel partem ejusdem majorem, urbem ab Turgovia se junxisse, etsi nihilominus Veteris Galliæ (uti vetustissimi scriptores, & Martyrologium Rom. Ecclesiæ toto decantatum orbe, habent) Urbibus adscriberetur, multo, ut supra dictum tempore, Regum præcipuis in amoribus & deliciis habitata, & splendide inhabitata. Et sanè, nisi illo loco, cuniculos, seu fossas tegendo militi, agere se potuisse, graviter sæpe conquestus est Generalis Suecorum Hornius, cum ubicunque aliàs conaretur vix palmi ac pedis profunditate effossâ humo, aqua occurreret & conatus omnes impediret, milites execratus, qui ad obsidionem Constantiæ invitassent, & induxissent, quæ metas fortunæ Suecicæ posuisse DEUM, tam manifesto docuisset. Et sanè vix audito primum obsidionis nuncio, auditus quoque magni nominis, sed adversæ nostris partibus, Heros est; qui Urbem æque

*Vrbs olim splendida.*

*Agger extra portam Creützlingensem.*

*Profundissima substructiones.*

*Veteris Galliæ Vrbs.*

*Natura munitissima.*

*Hostium am-  
bitio & propo-  
situm.*

*Urbis idea pas-  
sim exambita.*

*Mercatorum  
Belgii postula-  
ta.*

*Amblerodami  
gemella.*

*Archiduci  
abara Urbis.*

*Invicta Con-  
stantia.*

*Hostes repulsi.*

ac Sueci aliique hostes spe devoraverat: Nunc, nunc denique debellatâ hac Urbe, docendum Imperium esse, cui usui Constantia foret, paulò post ita communienda, ut minas Cæsarum Orientis insimul & Occidentis contemneret. Constitit in hiantium æmulorum nimius feruor & pruritus, sexcentis argumentis are & pictura vulgatis, quæ amplissimis vulgata Regnis, duabus ex aduerso positis tabulis, Urbis uti tunc erat, modica à vicinis & ægre tolerata munimenta; & parte alia, ut munire statuerant, qui triumphum ante Victoriâ proclamarent, designationem accuratissimam præferabant, nemine non exemplar, etiam iniquiore pretio, sibi exambiente. Quod, cogendo Imperio, hostes; longè meliore sensu & usu, Belgij, ante iniquiora hæc tempora mercatore suo & publico Imperii bono sibi quoque expetierunt, dum quod illi prolatandæ ambitioni & tyrannidi, ipsi commodo cum privato tum publico intenderent; Urbis hujus situ, & dotibus benè expensis, & quanto usui, non solum Belgio & Imperio, sed & Italiæ atque Galliæ esse possent, rite consideratis, de quo ego non semel ad Cæsares Ferdinandum III. & IV. nec non Augustissimum Leopoldum, & parte II. Germaniæ meæ Topo-Chrono-Stemmatographicæ, his ipsis verbis: *Quam admirabilem loci commoditatem, considerantes Inferioris Germaniæ mercatores, felicissima Recordationis Leopoldo Archiduci: siquidem liberum illic sibi Religionis exercitium annuere dignaretur, vel certè extra Urbem idem frequentare permitteret, Urbem gemellam Amblerodami facturos, cataclys tres Rhœni, auro & ingenio domaturos, Constantiam imprimis, lacum dein superiorum inferumq; totius orbis mercibus ac thesauris impleturos, superumq; Imperium, innumerâ rerum omnium copiâ instructuros. Urbem præterea suis sumptibus, inexpugnabilem; sive, si placeat Castellum imponere, Antverpiensi longe firmitus præstantiusq; condendo, in fide & obsequio Constantiam verè constantem reddituros. Sed sive à mercatorum fide, sive à tali Urbe, an amulis metueret ac procis, tunc quidem dissimulata res fuit. Constantia Archiduci, ut ipse non semel est fassus, mirificè semper placuit, ipsamq; sibi sufficere, ita à natura provisam secum reputans, de ornanda nihilominus & exaltanda multa statuit, quem mors prematura, magnis in conatibus interceptit. Hucusque citato libro; Adjunximus & sequentia: Fuit insuperabilis semper Constantia, etiam cum tota Germania ab Attila, sed & multoties deinceps ab Ungaris pessundaretur. Variè sæpius tentata, restitit semper, & multa cum clade hostes repulit, nunquam infelicitior; quam cum Crucis (pro Insigni tot sæculis habitæ) irreverens, Crucifixi statuas igni dedit, etsi tunc quoque cæso Hispanorum Archistratego Duce de Vives, ejusque filio, vim hostilem averteret: Crucem autem denuo amplecteretur; Domui Austriæ interea credita; nequid deinceps sive ipsa metueret, sive ab ipsa ejusque procis esset metuendum. Magna est, & absque Suburbio trans Rhenum*

*Petrusiano.*

ET DIOECESIOS DESIGNATIO.

5

Petrusiano, & quæ secundum longitudinem excurrunt munimentis, quater mille centum & septem supra quadraginta passus Romanos complectitur, quibus ter mille minimum adjungas oportet, si illa, quæ diximus, uno complexu in numerum advoce, &c. Sacras ædes & Monasteria plurima habet. Illas inter Templum Cathedrale insigni mole & opere totum secto structum lapide, facile eminent, loco paulum editiore situm, cum turri magnifica, ultra centum viginti pedes in latitudinem exprorectâ, altitudine longè lateq; conspicua, olim nubibus quasi & cælo minans, priusquam incendio, altissimo vertice subenervato & dissoluto, immineretur. Basilica DEIPARÆ sacra est, inde Divis Pelagio Martyri, & Conrado loci Episcopo Principi Agilofragico. Ara summa memorabile Jacobi Fuggeri Comitis, Episcopi S. R. I. Principis monumentum, tabulam principem, puro ex argento elegantissimè elaboratam, statuas pulcherrimas eodem ex metallo habet. Sola corona aurea DEIPARÆ capiti imposita, & pretiosissimis exornata gemmis, multis millibus constitit, omnia plena artis egregiæ & majestatis. Vestes sacræ, cultu planè regio, pretiosissimæ & artificiosissimæ. Ara Venerabilis Sacramenti extra chorum politissimo marmore, cultissimo opere, dufuper magna mole statuam DEIPARÆ ære fusam habet, arte non minus quam pretio æstimatam; hinc & hinc clathra ferrea, chorum communientia perspectivo, ut vocant, opere, neminem non in admirationem rapiunt, uti & columnæ templi maximæ, singulæ unico & continuo ex lapide, ut non aliter, atque ære fusæ, absque junctura conspiciantur, organum majus amplissimum, inter Europæ præcipua memorandum. Magno in cultu est DEIPARÆ, morientis in præsentia Christi Apostolorum, statua. Numine matrem mirificè honorante, & in gratiam ejusdem magnas fidelibus gratias impetiente. Picturæ altarium varîe, quæ inter non paucæ non minus ab arte quam antiquitate, magnam merentur æstimationem. Redivivus nostræ ætatis Apelles Christophorus Storerus, ultimum sibi locum templi occupavit, ut exeuntes retineret, ultima primis respondere, imo prævalere ostenderet, insignis inventionis Epitaphio, quod memor ante mortem mortis Rems. Suffraganeus Illmi. Principis Francisci Joannis, Dn. Sebastianus Episcopus - - - - religiose admodum, suis & omnium oculis atque animis præstituit. Proxima magnitudine & splendore à Cathedrali est Basilica Collegiata, ut vocant Canonicorum S. Stephani, longa, ampla, alta, lucida insigniter exulta, cujus aram maximam, insigni tabula Membergerus exornavit, suæ ætatis Zeuxis habitus, & qui huic prævalens, ad vivum omnia repræsenteret, qui plurima patriæ urbi, sui nominis reliquit monumenta. Sed & Storerus illic sibi simile in ara Tutularis S. Stephani condidit, cujus parens Bartholomæus, perspectivâ arte Chori tabulatum dexterrimè pinxit, & oculos scite fefellit simul & attinuit.

Magnitudo Urbis.

Basilica.

Cathedrale Templum.

Splendor templi.

Imago DEIPARÆ.

Pictura varia.

Templum S. Steph.

Inde Collegiata S. Joannis similiter Canonicorum est. Tum S. Pauli S. Luarentii. S. Jodoci. S. Mauriti, præter Cænobiales Ecclesias plurimas, de quibus mox dicemus.

Inter Monasteria Constantiæ facillè Princeps antiquitate & meritis, Petrusianum est, vulgo Petershausen Ord. S. P. Benedicti in suburbio ejusdem nominis, loco exquisitissimè eleganti & curioso, ad Rheni ripam ex adverso urbis, à S. Gebhardo Brigantino Comite, Constantiensi Episcopo fundatum, qui & illic primum, aliquot annis, Abbatem egit. Dotavit idem Cænobium liberalissimè ex bonis parentum hæreditate acceptis, & Romam ipse profectus confirmari à Joanne XV. impetravit, à quo specialiter dilectus Caput S. Gregorii Magni Rom. Pont. dono accepit, & persequentibus ipsum re comperta, Romanis Padum fluvium, grandi miraculo siccis pedibus cum suis pertansit, territis eo prodigio, qui spoliare ipsum decreverant, & à persequendo cessantibus. Habuit multis sæculis thesaurum adeo pretiosum, Petri-Domus, & fortè etiamnum obtinet furori acatholicorum subtractum, cum illi Ecclesias omnes Constantiæ Sacrilegiis polluerent, & Principis Patroni S. Conradi corpus, Potamo mergerant; Ascetis Cænobio proximis sacrum thesaurum subducentibus, iis qui conscii erant morte sublatis, priusquam occasio se præberet, sacrum denuo thesaurum publicè proferendi & exponendi. Conditus etiam ipse in suo Cænobio est, & à morte perennem se loci Patronum & Protectorem cum S. Gregorio fore spondit: *Sciatis, inquit, pro certo, quod omnis quicumque in hoc Monasterio voluntariè cum bono proposito deserviens inventus fuerit, in omni tentatione atque tribulatione, me Sanctumque Gregorium, fortes auxiliares apud DEUM habebit, & in extremo judicii examine ante thronum Justi Judicis, aeterna vita coronandum ipsum perducturi sumus.* Ita pervetustus candidissimo ingenio Scriptor Vitæ S. Gebhardi, libro II. Capite IV. Habet duas Basilicas Cænobium penè juxta se positas, quarum altera Orientem, altera Occidentem recta respicit, hæc Choro præcipuè frequentatur, cujus summæ aræ imago Storeri est, Christi in cruce pendens, Opus dignum manu artificis, & quod nulla egens commendatione, seipsum commendet. Fons sub eadem ara S. Gebhardi est multis infirmis & febrim imprimis laborantibus, miuè salutaris juxta Storeri, alia quoque manus se prodit sculptoris inter præcipuos Germaniæ merito referendi - - - Schenckii, cujus lobores, in ebore imprimis, maximi Europæ Principes sedulo exambiant, & Italia, peregrina cæteroquin tanti non faciens, tacentem miratur. Prodit & alia se manus Veteris Sculptoris, in aliis utriusque Ecclesiæ altaribus, plausibili argumento, optimas artes, juxta sub-

limia

*Petrusianse  
Cænobium.*

*Caput S. Gre-  
gorii Magni  
ibidem.*

*S. Gebhardus  
ibidem sepul-  
tus.*

*Æternæ Pro-  
teclor.*

*Dua Cænobii  
Basilica.*

*Fons prodigio-  
sus.*

*Sculptura in-  
signea.*

ET DIOECESEOS DESIGNATIO. 7

limia ingenia, semper Constantiæ viguisse. Extant ista è niveo lapide, & ingenio non minus felicem artificem celebrant, quam scalpello.

Creützlingensē Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini *Creutzlingen.*  
 prope cognominem portam, ac muros civitatis, celebre Canobium, *Canobium.*  
 expugnandæ illi, magnam spem hostibus fecit, maximo Religiosorum in-  
 commodo & damno, cum Amici deinceps de loco subruendo vel in-  
 viti consilium fusciperent, & mox coacto solvere obsidionem hoste, tæ-  
 das inferrent, ac boni publici studio collachrymantibus, qui inferebant  
 malum æque ac qui tolerabant, totum funditus diruerent. *Consurgit*  
 hodie elegantius, minus periculoso Urbi loco, & novæ Basilicæ Serva- *Crucifixi:*  
 toris Crucifixi imago justa hominis statura illata est, quæ flagrantissimo *imago.*  
 prioris Ecclesiæ incendio, grandi prodigio illæsa mansit, ne capillo  
 quidem, qui naturales capiti imaginis accommodati fuerant, vel obiter  
 adusto.

Monasterium Patrum Ordinis Prædicatorum loco ad miraculum  
 eleganti, sed & natura munitissimo & de industria, situm est; Rheno *Monast. Ord.*  
 circum undique affluente. Amplum est, eoque in mare Potamicum pro- *Prædicat.*  
 spectu, ut vix satiari oculus queat. Templum magnificum habet, in eoque  
 altare Psalterii cum DEIPARÆ statua gratiosa, cultu piorum cultissime ex- *Imago Grati-*  
 ornata, quæ magno concursu civium & exterorum frequentatur. In *osæ.*  
 eo, alios inter spectatissimæ vitæ ascetas vixit sanctissime lucidissimum  
 illud Constantiæ sydus B. Henricus de Monte, aliàs Amandus Suso, *B. Henricus*  
 vir planè mirificus, DEO & DEIPARÆ unicè charus, *Suso.*  
 tam ingenii monumenta, quam Divina dictata ab ipso scripta passim ex-  
 tant, lapides & duriora lapidibus corda emollire valentia.

Monasterium Patrum Franciscanorum, versum Occidentalem urbis *Monast. P.P.*  
 partem intra ut prope mœnia situm, magnum occupat spatium, olim Re- *Franc.*  
 ligiosis frequentissimum, haud contemnenda Germaniæ luminaria edidit.  
 Templum satis amplum & elegans habet, sepultura Equestris & Patricii  
 Ordinis hominum olim celeberrimum. Sepulturas Nobilissimarum fa-  
 miliarum plurimas quoque habet, etsi monumenta plurium cum tempore  
 seu attrita seu corrupta & temporum injuria eversa sint; familia à Rockuvil  
 inprimis & Montpratiæ à Spiegelberg, Blaarerorum à Gytsperg & Warten-  
 tensæ aliorumque; hodie Tritiorum eleganti Sacello, & Dietrichiorum à  
 Landsee, Capellâ similiter cultissimâ omnibusque necessariis ornamentis in-  
 struissimâ nitet, cujus aræ tabula Archiducis Leopoldi donum, plausum in  
 Ecclesia præcipuum meretur, à Georgio Dieterich Cathedrali Decano,  
 Electo quondam Curiensi Episcopo acceptum, quod à morte ejus mœstis-  
 simus Dominus parens Wilhelmus novo quam primum condito à se Sacello  
 destinavit, omnium ab platea occurrentium obrutibus objectum, magnum  
 omnino

8 TOPOGRAPHICA CONSTANTIÆ

omnino illicium oculorum. Extat & prope Sacellum idem, eleganti, ex-cisa lapide tota prædicti Domini Liberorum posteritas, perspectivo, ut vocant, opere expressa, ita ut vivum repræsentari pleriq; videantur. Triclinium quoddam amplissimum habet, in quo sapius Conventus Ordinis Generales celebrati sunt. In Ecclesia alia inter spectatur tabula Ezechielis Vaticanantis, & ossa arida resuscitantis, insigne Membergeri Opus, quod quo diutius contempleris, tanto magis afficiaris & rapiaris.

*Eremitarum  
Ord. S. Aug.*

Cænobium RR. PP. Eremitarum Ordinis S. Augustini, elegans templum habet, in eoque DEIPARÆ statuam tempore obsidionis Suevicæ multis gratis illustratam & comprobatam, quam grati hucusq; cives, haud immerito, magna devotione consalutant.

*Capucinarum,  
Etc.*

PP. Capucinarum Conventus à Fuggero Episcopo intra munitiones extra tamen muros positus, quod periculosum & Urbi & Patribus esse posset, intra mœnia receptus est, in quo plurimis tabulis vita & resgestæ S. Francisci, Membergeri penicillo quam scitissimè expressa habentur, princeps tamen tabula Storeri & beneficio & arte, mirificum hominis erga Seraphicum Ordinem affectum & studium declarant, seræque testabuntur posteritati.

*Collegium PP.  
Societ.*

Collegium RR. PP. Societatis, situ longè curiosissimo elegantissimum, totum secundum longitudinem & latitudinem prospectat mare Acranium, sed & emergentem ex illo Rhenum, relictis quibuscunq; sordibus purgatissimum ac lymphidissimum, congeminitis eo loci, sereno cælo, matutinis deliciis & illiciis, cum dupliciter Phœbus & aurora, cælo & aquis confurgere, simulque & advolare, & adnatate videantur, sueviamque hinc, inde Helvetiam illustrare & recreare. Templum iidem Patres insigni structura habent, in eoque tabulas aliquot Membergeri, juxta S. Ignatii gesta ingenium & artem perenniter celebraturas.

Sed & Sculptoribus per totam Basilicam artis præconia, ceu viva loquuntur Crucifixorum plurium Martyrum justa statura statuæ, ut nihil de altaribus & reliquo templi ornatu memoremus.

*S. Petri &  
Zofing.*

Monasteria Virginum duo sunt S. Petri Martyris, & Zofingense, utrumq; Ordinis Divi Dominici, in quibus sat magna Nobilium frequentia Numen Civitati magnis favoribus conciliat & insignia templorum conspiciuntur ornamenta.

*Prophanæ ad-  
ficia.*

De Prophanis ædificiis, cum publicis, tum privatis non attinet dicere, etsi ea quoque, Capitolium, ædes Mercatorie amplissimæ, Armamentaria Xenodochia, dem Dominorum Canonicorum, Nobilium & Patri-ciorum, imo plura Civium ampla sint admodum, nitida est probe exulta. Illud tamen præ aliarum urbium splendore est, quod etiam quæ plebe-jorum sunt singulari quodam studio honestatis, architecturæ quadam spe-

ciali

ET DIOECESEOS DESIGNATIO.

9

ciali gratia, nihil usquam obscuritatis habeant, nedum sorditiei & rusticitatis, quæ ipsissima plurimum faciunt, ad valetudinem quoq; conservandam, & liberos ad munditiem concitandos. Sed jam Constantiensis amplissimæ Diœceseos, limites & contenta limitibus dispiciamus.

Regno similior est, quam Diœcesi, & quidem Regnorum non mino-  
mo, ut quæ etiam Regna, nec Regnis minores provincias complectatur.  
Sueviam atque Helvetiam, quas etli non omnino ex toto contineat, maxi-  
mam tamen partem; & quantum id sit, magnitudine non paucis Regnis  
amplius comprobetur. Alemanniam, proprie dictam, modicissima dempta  
parte, quæ proxima Vindeliciæ est, totam habet, Sueviæ multo maximam  
portionem, & pauca sunt quæ ad integritatem totius Helvetiæ desideres.  
Certe & Alemanni, & Suevi Reges habuere, habuissent & Helvetii, si un-  
quam ferre Dominos potuissent, etli ferrent semper, etiam ignorantes,  
dummodo abstinerent nomine Regum & Dominorum. Enumeremus  
Ducatus & Provincias, quibus Ep scopi jure pastoralis & Pontificio præsumt,  
quæ singulæ singulis Episcopis sufficerent, omnes insimul unum eundemq;  
suspicunt & venerantur. Et quales, quam amplæ, quam uberes, quam fre-  
quentes Provinciæ sunt, Lin zgovia, Turgovia, Hegovia, Suntgovia, Bri-  
fiaca? quanta Hercinia? Quanti Veteres Ducatus Zaringensis, Teccensis,  
Ursingensis? Quantus Veterum Sueviæ Ducum? quantus Ducum Wirt-  
tenbergensium? & ecce hæc partim integra, partim paucissimis exceptis to-  
ta totaliter, Patrem & Pastorem suum agnoscent Constantiensem Episco-  
pum, etli plures vocem sequantur alienigenarum. Quid de Marchionati-  
bus Badensi dicemus, quid de Hochbergensi, quid de Röttelensi? Quid  
de Landtgraviatibus Barrensi, Klettgoviensi, Stülisingensi, Nellenburgensi?  
quarum singulæ Provinciarum, singulos Episcopos requirerent, multæ etiam  
plures, quin & Archiepiscopos pro dignitate habere & alere possent ac de-  
berent. Sed nunc distinctius amplitudinem maximi Episcopatus dispiciamus.

Helvetia imprimis, cuius in fronte, tanquam monile eminet & exsplen-  
descit Constantia, pars tantum est Episcopatus tanti, & quidem paucis ex-  
ceptis, pene universa: Regnum plane amplissimum, nisi tantopere Regios  
titulos averfaretur & Dominatum. Terminos habet à Meridie Alpes Cot-  
tias, Longobardiam, Ducatum Mediolani Pedemontium, à Septentrione  
Rhenum & Sueviam, ab ortu Solis Tirolim & Rhætiæ, ab occasu Sabau-  
diam atque Burgundiam. Distinguitur in pagos præcipue 13. Tigurinum,  
Ursinum sive Bernatem, Lucernatem, Ursellanum, Suiciensem sive Sniten-  
sem, Sylvanensem, Tugientem, Glaronensem, Basileensem, Friburgensem,  
Soloduranum, Schaffhusianum & Abbacellensem. Ex his solum Frybur-  
gum Nivionum, exulem sede sua Losanensem excepit Episcopum, cæteri  
pagi omnes Constantiensem venerantur Præsulem, parte Bernatem, & Solo-

*Turgovia descriptio.*

*Amplitudo provincie.*

*Ditiones Turgovia.*

*Solitudo gratissima.*

*Natura munita provincie.*

*Pagus Abbatellanus.*

durensum excepta, horum nihilominus eâ quæ cis Arulam est, illorum quidquid in Argoviâ amplissima obtinent provincia, etiam ad Constantiensem pertinentibus. Constantiæ ipsi proxima est Turgovia pulcherrima & pinguis-  
 sima provinciarum, quæ tota & tanta quanta est, subjacet nostro in spiritualibus Pontifici, olim magna etiam ex parte eidem in temporalibus; urbi autem ex integro aliquamdiu subjecta. Veteres pagum Tauracum sive Tauciacum, à Tauro fluvio, quem Durium hodie & Thuram vocant, appellarunt. Fines ab Oriente Rætiam & Reguscorum provinciam habet; Meride Sarunetes; Septentrionem versus à Vindelicis, Almangoniis & Suevis lacu Potamico, ac deinceps secundum longitudinem, lacu Veneto & Rheno à Latobrigibus, sive Kletgovia & Hegovia discriminatur; versus Occidentem Tigurinæ ditioni contermina est. Continet amplissimo ambitu, Abbatellanam imprimis Ditionem, situ & viris munitissimam, Tockenburgensem Comitatum potentissimum, Provinciam Principis Sangallensis cum Urbe elegantissima, Landtgraviatum Frauwenfeldensem, Comitatum Kyburgensem, Comitatum Winterthurensen, Urbes & Dominia Episcopi Cellæ, Diessenhofense, Andelfingen, Arbonense, Tannecense, Bürglense, &c. Ex his facile Princeps Abbatellana ditio, Abbati Sangallensi olim majorem partem subdita, hodie liberrimæ Reipublicæ immunitate fruitur; situ planè singulari est, & cælo proxima, neque frustra à Magno illo Heluctiorum Apostolo Regii Generis viro S. Gallo recessu & habitatione nobilitata; qui locus usque hodie prope Sintriæ fluminis fontes, Cellæ S. Galli nomen obtinet. Gratissima solitudo, ipsa etiam in frequentia populi, gratissimum quidpiam cælo aspirat, quæ & has terras proximè cælo sociat, easque vel semel vidisse, recordari sapius mirifice delectat, ita supra sortem aliarum circumundique provinciarum, natura sua sublimior & sejunctor videtur, aptissima cælestium contemplationi, & ab omni tumultu abstractioni, ad Vota animi illius, qui in DEO unus solus vacabit, velut vacare gestiit S. Gallus, etsi postea ad consolationem multorum, inde volente Numine, ad labores agri Dominici, traheretur. Difficilis ab Rheno & valle Rheni, atque arduus ascensus est, unico fere inde aditu, cæteris undique jugi fere præcipitio inaccessis, introrsum versus alpes gratissimæ modesti declives, colles amœnissimi, limpidissimi fontes, se junctæ, uti Religiosorum Ægypti, habitationes, hæ tamen supra modum commodæ, & non pauca etiam elegantes. Meditullium provincie pagus Abbatellanus occupat, commodus & amplus, ædificiis pulcherimis, & symmetria haud incongrua structis, cum Basilicâ magnificâ ripæ amnis Sintriæ colle sublimiore impositâ, & ornamentis sacris liberaliter instructâ, Divi Mauritii Thebæ Legionis Imperatoris nomini & honori sacrâ, cujus sacri Heroum fortissimorum agminis haud pauca illic ossa venerationi exposita, & multa alia mirati & vene-

## ET DIOECESEOS DESIGNATIO. II

& veneratiffimus. Duo Religioforum Canobia habet, virorum unum, al- *Canobia*  
 terum Virginum, PP. Capucinatorum illud, hoc Franciscanarum, utrumque  
 magna opinionis & perfectionis laude, magno omnino exemplo, solatio &  
 adjumento Catholici populi, qui & ipse ab insigni erga Religionem Catho-  
 licam studio deprædicatur. Pecore maximè vivit, quo ditissima uti & pascuis *Pecore abun-*  
 est. Cætera quæ desiderari possunt importantur modico sumptu, cum ~~ex~~ *dat.*  
 proximis undiq; collibus, non una solum Vallis seu planities, sed tractus Rheni &  
 Potami longèd. fluviffimi, haud aliter appa- eant, atque Loth apparuerit *Jor-*  
*danis Regio quæ universa irrigabatur, sicut Paradisus Domini, Et sicut Ægyptus* *Vicina uberr-*  
*venientibus in Segor Gen. 13. uti Rhenus quæ loca ad lambit omnia haud mi-* *ma.*  
 nore ditat rerum omnium copiâ, quam Nilus vix semel toto anno effusus, læ-  
 pe etiam inferens suo impetu nimiam terris vastitatem.

Sintria amnis mediam fere provinciam interluit pulcherrimo, sæpe etiam *Sintria am-*  
 præcipiti, circum prata & colles flexu, quem à S. Gallo an discipulus eo nomi- *nis.*  
 ne dictum volunt, ob honorem S. Trinitatis, quasi *S. un tria* hoc est *Sanctum*  
*unum Tria* dicerent, quem contractiore hodie nomenclatura, vulgo Siteram  
 appellant. Piscibus optimis divitem, & qui demum prope Episcopi cellam in  
 Taurum sive Durium sese infundat. Satagit rerum Abbacellensium præpo-  
 tenti apud filium Patrocinio DE Ipara Virgo, recentibus exemplis, loco sibi *DE Ipara Pa-*  
 singulariter à Numine designato: nec leviter Zvvinglii se Ætatorum animos *& trocinium.*  
 rationes confundit, nostrorum accendit, quibus & S. Antonius de Padua, nova  
 similiter ejusdem honori condita memoria, frequenter & mire opitulatur,  
 quæ omnia populum cæteroquin ad pietatis studia pronum, ad magnum ex-  
 stimulant profectum devotionis. Magna Equestris Nobilitatis frequentia, *Nobilitas*  
 olim his locis sedem fixit, ad fluentia in primis Sintriæ aliis cum tempore ex- *Equestris.*  
 tinctis, aliis civili bello graviter offensis, & tutiora quærentibus, è quibus ve-  
 tustissima origine Anvillii (vulgo de Anvveil) in Sueviam & Wirtenbergiam  
 pleriq; excessere; Vesteinii, Oberbergii, Helffenbergii, Glattburgii, Eppen-  
 bergii, Rosenbergi, Ramschvagaii, & plurimi alii, aliis & aliis provinciis con-  
 sedere. Cæterum potentia & auctoritate cæteris apud Abbacellanos præva-  
 luere Comites & Barones Ramsvagaii & Barones de Trogen, vel cætera Tur- *Rensvagaii*  
 govix Dominia obiter percurramus. Tockenburgii Comitatus, amplitudine *Comites.*  
 & potentia olim Principe dignus, potentissimos semper Dominos & Comites *Tockenburgii*  
 habuit, in Aulis Cæsarum, domi & militiæ spectatiffimos, ipsa tamen opulenta *Comitatus.*  
 turgidos, & vicinis atrociter molestos, cum nimium castris suis, montibus  
 præcipitiis & angustiis viarum confiderent; non semel tamen ipsi quoq; egre-  
 gè contusi & in extremas angustias redacti. Viris, armis, & animis valet pro-  
 vincia, & multis prævaleret, nisi Religionis duplicitas discordes redderet; pa-  
 gos & villas plurimas habet, è quibus Wildthufium Udalrici Zvvinglii Patria, Zvvinglii  
 plurimum sibi gloriæ apud ejus se Ætæ affectas arroget. Nelsio vium cultior *Patria.*

*S. Joannis Ab-  
batia.*

cæteris pagus, insigni opulencia cives alit. Exsplendescit illic insigni structu-  
ræ elegantia Monasterium S. Joannis Baptistæ Vallis Duræ, cujus Abbatem  
ipse Princeps Sangallensis agit, alitq; frequentem illic Religiosorum cætum,  
postquam vetus Abbatia ejusdem nominis ad pedem alterum montis Cam-  
psonii tristi incendio in favillas concidit, aperiore & salubriore loco prope  
dictum pagum splendide exædificatum. Metropolis totius Comitatus

*Liechtensteig  
oppid.*

Liechtensteiga oppidum est, haud procul ab Iberga arce, & eleganti Virgi-  
num prope Wattuillam Cænobio. Habet & alios pagos quamplures, ha-  
buitque quamplurima Nobilium castra & arces, quorum tamen pauca hodie  
superant, Libertati Helvetiæ suspecta & invita, quæ bello Helvetico plera-  
que exusta, multa funditus subruta sunt. Præcipua mole & opere utrumq;  
Tockenburgium fuit, avita Comitum residentia insignis, è quorum altero,

*S. Itha Comi-  
tissa.*

fidei conjugaliter marito suspecta Sanctissima matrona Itha Tockenburgia,  
nata Comitissa de Kirchberg, immani damnata præcipitio, illæsa surrexit, &  
magnis deinceps illustrata prodigiis vitam Monachicam prope Fischingam  
suscepit & exegit. Post hæc Lütenspurgum, olim munitissimum, hodie

*Castra diver-  
sa.*

præter turrim vix nomen retinens, Kilchberga, Brunberga, Lampertsvilla,  
Lochenium, Mosnangium sive Mosslinga, Wildtperga, Batzenheidium,  
Magelsperga, & multa alia olim plurimum florere, ipso pene nomine cum  
Equestri prosapia virorum extincta, qui omnes prædictis Comitibus obno-  
xii, militari obsequio ipsis obstricti fuere.

*Sangallensis  
ditio.*

Provincia Sangallensis, (etsi Tockenburgum quoque & Vallis Tauri  
universa Eidem Principi pareat,) longa & ampla est; continet tractus ampli-  
ssimos terrarum, Montes, colles, valles ingenti numero, oppida, pagos,  
vicos, villas, castra, arces, parochias quamplurimas & amplissimas, de qui-  
bus omnibus referre nimis foret ab instituto nostro alienum. Ipsum sanè  
Helvetiæ Sanctissimum Archisterium S. Galli, summa Gentis Helveticæ glo-  
ria, promptuarium multis sæculis fuit virorum genere, eruditione, vitæ sancti-  
tate Illustrissimorum, Pontificum meritissimorum, Christi Ecclesiæque Ro-  
manæ pugilum fortissimorum. Quod usque hodie, perditissimis etiam,  
universalis quasi cataclysmi per Germanias tempore, splendorem honorem  
& famam interconjuratos undecunque hostes, & assurgentes immani mole  
& impetu fluctus, non sine singulari Numinis gratia conservavit.

*Monasterium  
S. Galli.*

Landgraviatus Frauenfeldensis, potentissimos olim Landgravios &  
Comites habuit, multamque iisdem subjectum Nobilitatem, quibus extin-  
ctis devolutus est ad Kyburgi cognatos Comites; ab his ad Sueviæ Duces,  
donec Ducatus ad Romanum Imperium devolveretur, & per Præfectos de-  
inceps, provinciæ curarentur, primo Imperiali Præfecto Frauenfeldensis  
Landgraviatus Udalrico de Ramelwag constituto. Habuit deinceps etiam  
suos Præfectos, postquam armis Helvetiorum subactus, & in voluntariæ ser-  
vitus libertatem assertus fuit.

Comi-

Comitatus Kyburgi & Wintherthuræ Agilolfingici Generis Principum fuit, uti & Diessenhofense Dominium, quibus incredibilis pene copia Equestris Ordinis Nobilium multitudo serviit, ita ut Aulam suam Regio more institutam vellent; quorum demum possessiones omnes hæditarario jure ad Comites Habsburgios eodem fatos sanguine, pervenere Wintherthuræ Comitum arcum cum tempore splendidum oppidum, ex nimio concursu Aulicæ Nobilitatis accrevit, unde mira ædium magnificentia cum atriis amplis & equorum stabulis, portæ etiam ædificiorum sublimes & cultiores quibus equorum sessores commode etiam præcipiti cursu inveherentur. Aulicorum præcipui, egregiis arcibus, castris & pagis divites fuere, Dapiferi à Diessenhofen, Barones de Liebenberg, ab Henckart de Wartt. Domini ab Elgkow, Hohen & Breitten-Landenberg, ab Halweil, Dapiferi de Kyburg, Equites de Schollenberg, ab Epersperg, de Goldenberg, à Schyterberg, de Werdegk, à Wülen Langenhart, Tierlisperg, Liebeck, Toseck, Gundissaw, Wildperg, Madischweil, Altorff, Mossburg, Wisnang, Messickon, Winterberg, Ganseren, Rosberg, Tettnow, Firft, Buch, Yllnow, Kemnaten, Ottickon, Showenburg, Wülffingen, Hertenberg, Hegi, Wisdangen, Sulz, Mersperg, Edlibach, Langenhart, Huntzickon, & plurimi alii, è quorum frequentia facile de potentia Comitum, quibus infervierant omineris.

Episcopi-Cellæ Dominium, originem à condito primum illic Benedictini Ordinis Cænobio, originem habuit, fundatore Beatæ memoriæ Salomone de Ramschwaag, Constantiensi Episcopo, ex Abbate S. Galli cujus familia potens admodum per has partes & tempora fuerat, Is possessiones, pagos, vieos, villas cum hæreditate paternâ & maternâ proprias, tum à Cæsariis, quibus erat unicè charus, concessas, eo converterat, ut sacrum illic & perennem virorum Religiosorum sui Ordinis cætum congregaret; in quos liberalissimus extitit, & Cellam Monachorum, Episcopi à se cognominari decrevit, sub annum Christi 891. Opulentum admodum Monasterium fuit, & præter pagos & Villas, Sulgovium, Sittendorff, Birglen, Bergam, Elschlacht plurimis aliis ditatum & dotatum fuit, abundantia demum in licentiam effusa, cum tempore Henricum IV. Ecclesiæ iniquissimi Cæsaris, ut plurimi passim Monachi absolvi votis peterent, & cucullum paulo post totum abjicerent, Canonici seculares facti ex Monachis, qui eo usque hodie securè potiuntur, Abbatia deinceps conversâ in Præposituram, quæ usque nunc inter præstantissimas totius Diœceseos celebratur. Diessenhofense Dominium Kyburgi Comitibus diu, inde Austriacis paruit, Habsburgi scilicet Comitibus, qui uti & illi ob insignem lociamcinitatem diutius illic condesere, ita ut illic quoque à frequentia confluentium Aulicorum oppidum elegans consurgeret altiori Rheni ripæ impositum, qui illic tranquillissimo fluxu

*Fides erga Do-  
minum.*

amœnissimus, inter præstantissimi vini feracissimas vineas magno silentio uti profunditate præterlabitur, ripa utraque prope civitatem ponte juncta. Palatinorum præcipui Dapiferi à Diessenhofen cognominati, fuere, qui apud Kyburgios & Habsburgios plurimum poterant auctoritate, & vero etiam vel maxime opibus florebant & potestate, vetustis clari imaginibus, & nobilissima, ipsorum quoque Comitum affinitate, quibus denique totum ferè Dominium parebat, post liberatum maxime, insigni stratagemate, & fidelitatis exemplo Archiducem Fridericum, tempore Concilii Constantiensis. Cum enim optimus Princeps pro sua humanitate sortem miseratus Joannis, nuper à plerisque adorati Romani Pontificis, ipsi fugæ vel author vel ad jutor extitisset: Schismatis toti orbi & Ecclesiæ perniciosissimi reus à Concilio & Cæsare proclamatus, consilii inops & quo se verteret nescius ab Henrico Dapifero, equo injectus & servili involutus pallio, cappâ ad mentum usque, ne nosceretur, detractâ, extra Constantiam, à persequente ceu servum proprium scuticâ Dapifero, ejectus est, suisque & libertati redditus; fassus ipse & hanc se ipsi debuisse ac vitam, quem & merito deinceps multis & magnis beneficiis cumulavit. Habent sepulturam suam Dapiferi illi in Nobili admodum Virginum prope Diessenhofen Vallis S. Catharinæ Cænobio, magno numero tumulati quorum piissimis manibus, ut meritissimorum Majorum, merito bene precamur. Andelisingense Dominium, & ipsam Kyburgiis Comitibus potentissimis, inde Habsburgiis paruit, à quibus postea Landenbergiis Toparchis, ab his Tigurinae Republicæ venditum fuit; quibus etiamnum paret, uti & maximi & plurimi Comitatus. Arbonense Dominium, ab Arbona vetustissima ad littus maris Potamici civitate cognominatum, proprios olim Dominos & Barones habuit, è quibus Hermannus Baro de Arbona, post Udalicum Baronem de Castello, anno Christi 1138. Constantiensis Episcopus electus, fuit, à corporis animique dotibus præcipuè commenda us. Urbem Romani insigniter coluère & munière, oportunitissimo loco sitam, ut quæ medium lacus Majoris, Constantiam inter & Bringantium, occupet, quorum æternitate dignas structiones etiamnum late in lacum exporrecta rudera decrefcentibus, maximè hiberno tempore aquis, observantibus indicant, & summum amplissimæ olim urbis fuisse splendorem comprobant. Hodie paret Episcopo Constantiensi, & per Præfectum Nobilem administratur. Veteres Arborem Felicem dixere, ejusque meminit in Itinerario suo Antoninus Augustus.

Thanneckenense Dominium Vischingam inter & Bichelse, proprios item eodem nomine Dominos olim habuit, postea in Episcoporum etiam Constantiensium manus devenit, tempore Friderici II. Imp. ab Henrico de Thann Episcopo emptum. Bürglense Dominium Comites olim & Barones habuerunt,

ET DIOECESEOS DESIGNATIO.

15

habuere, adeo præpotentes ut contra Tockenburgi potentissimos Comites bella gererent. Ut nihil de aliis Turgovix Dominiis quamplurimis dicamus, quorum & Nobilium aliquot familiarum solummodo Syllabum subjicimus, ut ex hoc unius hujus Provinciæ præstantia & potentia innotescat. Præter proin commemorata Comitum & Baronum Dominia, sequentes quoque Barones, sui nominis Ditiones, in Turgovia possedere.

Æwangen Comites.

Barones de Wunnenberg. ab Asten. de Romanshorn.

de Trogen.	de Ramschwag.	de Klingen.	
de Güttingen.	de Castell.	ab Endr.	â Busnang.
de Winfelden.	de Turberg.	de Margstetten.	de Wengi.
de Margstetten.	de Matzingen.	ab Altlickon.	de Warth.
ab Elekow.	ab Henckart.	â Fryenstein.	de Tüffen.

*Baronatus.*

Nobiles & Nobilium Castra, è multis pauca:

Lönberg.	Hattmauvv.	Lomnis. - - -	Mülheim.
Spiegelberg.	V Vellenberg.	Griessenberg.	Herderen.
Tegersheim.	V Valdeck.	Rosenberg.	Büel.
Gielsperg.	Edegschveil.	Eppenberg.	Littenheidt.
Lutersperg.	Büren.	Sterneck.	Lindenberg.
Tußlingen.	Burgovv.	Glotten.	Urstein.
Reingersvveil.	Anvveil.	Sonnenberg.	Ober-Berg.
Stettfurth.	Bichelsee.	Schvvanberg.	Ober-Castell.
Helffenberg.	Landtsperg.	Glattburg.	Murckart.
Münchveil.	Yting n.	M ldeck.	Straafs.
Schönenberg.	Hochstrafs.	Oetlishausen.	Keswyl.
Gachnang.	Stranfsberg.	Herten.	Eppenstein.
V Vyden.	Klingenberg.	Wesperspül.	Hirtzeren.
Berg.	Eberhartsvvyl.	Hünerhausen.	Hugelhofen.
Schollenberg.	Jungholtz.	Rütti.	Goldenberg.
Ryffenberg.	Omen.	Schyterberg.	Landenberg.
Breit-Landenb:	Hohen-Landen-	Alt-Landenberg.	Tergernovv.
V Volfensperg.	Tierberg. (berg.	V Verdeck.	Wyl.
Stryffen.	Töfleck.	Liebeck.	Töfs.
Engelberg.	Singenberg.	Langenhardt.	Heldsperg.
Liebenberg.	Hagenvvyl.	Tierlisperg.	Heydelberg.
Eipperg.	V Varensee.	V Valtisperg.	Warteck.
Hutzikon.	Spyfleck.	V Vil ltperg.	Sulzberg.
Gundisauv.	S.e-neck.	Malischvvyl.	Wisnang.

*Arces & Dynastia.*

*Arces & Castra.*

Castell.

Rockweil.	Firft.	Stainach.	Castell.
Ober Castell.	Kemnaten.	Geiſberg.	Altorff.
Alt Salenſtein.	Neu Salenſtein.	Mefickon.	Illaw.
Sandek.	Ottickon.	Neurwenburg.	Ganſeren.
Mammern.	Rofsberg.	Alt Liebenfels.	New Liebenfels.
Winterberg.	Mofsburg.	Eſchentz.	Fruoch.
Stamheim.	Tettnow.	Schwandek.	Wülſingen.
Schönauw.	Schowenberg.	Gyrſperg.	Baldeck.
Winckels.	Schlat.	Senen.	Saas.
Büſſingen.	Hegi.	Herblingen.	Wiſdangen.
Am Staad.	Merſperg.	Sultz.	Lauffen.
<i>Arces &amp; Ca-</i> <i>ſtra.</i> Fulach.	Huntzikon.	Brunberg.	Langenhart.
Lochen.	Rhynow.	Rhinſperg.	Rohrbifs.
Zuckenriedt.	Ort.	Pfungen.	Multberg.
Heimenſtein.	Hettlingen.	Geilſperg.	Wagenberg.
Blauden.	Rudenegg.	Baldiſperg.	Mofsbrunnen.
Gravenspüchel.	Heydeck.	Hinder Tüffen.	Hohen Tüffen.
Alt Tüffen.	Nider Tüffen.	Humlickon.	Hünicken.
Thor.	Radeck.	Kachberg.	Im Gſang.
Hechingen.	Zum Stäg.	Wälſlickon.	Güttighauſen.
Mülberg.	Eſchlickon.	Meyenſperg.	Mools.
Adlickon.	Kefickon.	Attſchisberg.	Hundtwyl.
Helffenberg.	Neüburg.		

*Modica Dico-*  
*ceſeos pars.*

Ut nemo miretur fatis tot Dynaſtias & arces, in Unico Turgoviæ Comitatu reperiri, ſitque inde facillimum, de fertilitate provinciæ, quæ in tot delicata ſufficiat ora ominari. Et hæc modica Conſtantienſis Episcopatus portio, Conſtantia Orientem reſpicientis ad dextram proxime adſita lacum utrumque ſuperiorem Potamicum ſive Acronium, & inferiorem ſive Venetum continuo tractu cingit; cui proxima à tergo Zurichgovia, ſive Tigurina provincia adjacet. Hanc priuſquam & reliquos Helvetiæ pagos deſcribamus, placet & Turgovicum littus, & aduerſum, imo omnem, utriuſque maris ſeu lacus ripam, uti Conſtantiam, pulcherrimo contextu tractus ampliffimi circumambit, obiter contueri.

*Proſpectus*  
*Conſtantia.*

Reſpicit ergo primo intuitu Urbs noſtra Orientem verſus, præter alia interjacentia ædificia, ad dexteram lacus Münſterlingam Nobile omnino Benedictini Ordinis Virginum Cænobium ſitu longè elegantiffimum, inde Güttingam Baronum ejuſdem olim nominis caſtrum ditionem & pagum, quæ ab obitu illorum Blaarerer habuere (nec attingimus, quæ remotiora à littore, quam ut oculis ſe ingerant, poſt clivos & nemora latentia, Fines oppidum Romanis præſidiis notiffimum, Weinfeldam & alia plurima) Keſ-

villa,

villa, mox Uttuilla pagi solo pinguiſſimo ſiti, inde Romishorna ſive Roma-  
 neshorna, pagus cum celebri olim caſtro, quod uſque hodie Praefectus Mo-  
 naſterii S. Galli nomine obtinet, longoque tractu in lacum exportigitur,  
 à Romanis cornu appellatum, quod proprios deincepſeo nomine Dominos  
 habuit. Exinde caſtrum Luxbühel, Krölliorum à Grimmenſtein inſigne  
 olim Domicilium, Tum Salmſach pagus, Collegium olim Canoniorum  
 ſæcularium à Salomone Conſtantienſi Epifcopo fundatum cum tempore in  
 Urbem & S. Stephani ibidem Eccleſiam translatum. Rurſum exporrecto  
 nonnihil in lacum brachio Arbona, de qua ſuperius, arxet civitas. Dein  
 Horna, Goldach, Steinach & Sulzberga pagi & arces mox Rorſchachium  
 oppidum maritimum mercibus oportunum, cum inſigni Monafterio, San-  
 gallenſium membro, & caſtro ſitus firmiſſimi; quod proprioseo nomine,  
 olim Dominos habuit. Inde pagus Stadentiſ cum arce Wardeck, & loco  
 editiore Wartentiſe Blaarerorum. Poſtea Reineccium oppidum, cum  
 magnæ arcis ruderibus, ubi Rhenana Vallis ſe aperit, & oculos Potamum  
 fulcantium, & eminus contuentium fugiens, verſum Amiffium, quod in Diœ-  
 ceſi etiam Conſtantienſi eſt, ſe ſubducit. Inde Rhora, Gaiſſovium, Fuſ-  
 ſachium pagi, ubi nauæ exercitatiſſimi, Augia demum Major vetuſtiſſimum  
 Benediſtini Ord. Canobium, primorum Brigantii, Rhatia, Turgovia Wal-  
 govia Helvetia Apoſtolorum incolatu feliciffimum & in capite Potami Bri-  
 gantium oppidum cum arce olim ſpectatiſſima Comitum, & ampliſſimo  
 comitatu, cernitur, quod Conſtantiam per immenta aquarum ſpatia clari-  
 ore cælo, recta reſpicit, cæteris huc uſque latus occupantibus. Tum  
 milliariſ fere Germanici pulcherrimo & planiſſimo ripenſi ambitu Hofenſi  
 Raitnoviorum pulcherrima arce pagisque & caſtris aliquot ad leucam in  
 collium tractu relictiſ, iter Lindovium ſectitur, Urbem & munitionem Im-  
 perialem, quæ nonniſi ponte & navibus aditur, ſitu & opere munitiſſima,  
 mercibus frequentiſſima & ditiffima, in qua Collegium vetuſtiſſimum Ca-  
 noniſſarum Virginum Nobiliſ ſpectatur; inde Waſſerburgum arx nobiliſ  
 & præſtans pagus atque Dominium, Nomenhorna, & longo continen-  
 tiſ in mare excuſſu Longa Arga Caſtrum in primis nobile & pagus Comitum  
 Montfortiorum cernitur. Exin Erekirchium pagus & templum DEI  
 paræ ſacram & charum aditur, & ſuperato Schuſſio anne Buchornium Im-  
 petiale Oppidum, magni olim nominis & mercimoniis ditiffima & frequen-  
 tiſſima civitas viſitur. Mox Hofenſe S. Panthaleoni ſacrum Canobium,  
 ſuperiore bello à Suecis exuſtum, ſitu navibus oportuno, & proſpectu in  
 longe lateque diſſita amœniſſimo, ſe ſe obicit, unde juxta oram maritimam,  
 in Manzell, Fiſchach & Immenſtadium deſcenditur; hinc Kyrchbergam,  
 Herſpergam, Hagnovium, Haltnovium Marſpurgum oppidum Epifcopale  
 cum arce Principis, ſitu & opere elegantiffimâ, Rordorffium olim Comitum,

- Überlinga Civitas.* familiae Agilolfingicæ Regiâ. Inde Uldingam, Seefeldam & Nusdorffium, hinc Überlingam pergitur, fidelem Cæsari Imperialem urbem, in qua veteres Alemanniæ Duces sedem habuere. Überlingâ litus legentibus Supplinga occurrit, tum Sermatinga, & paulo modico extremi lacus ambitu Castrum & Pagus Imperialis Potamum, vulgo Bodman, Alemanniæ Ducum dein Cæsarum sæpius domicilio Nobile, Burggraviorum Imperij Vetusissimorum de Bodman denique residentia. Hinc Walhusi, Tettingam, Alemansdorffium iter est, unde brevi trajectu insula venustissima Ord. Teutonici Equitum & Commendatorum, Mainaugia pertingitur. Rursum Alemansdorffio ripa in Staad legitur, & hinc Constantiam ejusq; suburbium Petrusense Isthmus Alemannica flectitur & relicta ad levam Constantia, juxta Rheni oram, versus lacum Venetum iter intenditur, & per Wolmatingam pagum Alenspachium devenitur, celebrem olim Alemanniæ urbem, nunc pagum muris destitutum, Veneto mari, ex appposito Divitis Augiæ adsitum. Unde circum alveum lacus Veneti Cellam Ratolphi convenimus munitissimum oppidum, quod diu insigniter hostium conatus fregit & fatigavit. Inde per longos & varios maris Veneti & littoris flexus, unde elatiores Hegovix sese magnificæ ostentabant arces, nunc rudera, Hornam deniq; ubi angustior Rheno jungitur lacus, ac dein Geyenhofam, Marbacum, Wangenam, & Stigam venit, ubi relictis stagnantibus aquis Rhenus deinceps solus & velocior labitur, & Steinam, Diessenhofam atque Schaffhufium, placidissimo sed velocissimo cursu lympidissimas, tribus modo dictis locis, ponte superabilis, fertur. Adverso nunc littore Constantiam repententi Mammern occurrit, cum arce spectatissima, situ editiore Neuwenburg, sed olim Equitum de Mammoren: alias Maanbären, qua ex familia editus fuit Mangoldus S. Galli Abbas, qui anno 1124. rebus præfuit. Inde Nobile Virginum Benedictinarum olim Reformationis Cluniacensis postea Cisterciensis Cænobium Veldbacense, in brachio littoris conditum, ipso loco quo olim arx ejusdem nominis Equitum spectabatur, quam Chuno de Valdbach sacris Virginibus pro 100 Marcis argenti cessit. Ab hoc Monasterio, Steckboram adsitum lacui oppidum ascenditur, quod Generosi olim ejusdem nominis Barones habuere. Exin montibus littori proximis Sandeck castrum, utrumque novum & vetus Salenstein, cum pago Bernang; Ermatingen pagus, tum Gottlieben arx Episcopalis cum pago, ac demum Constantia repetitur. Augiam Divitem, insulam pulcherrimam Ermatingam inter & Alenspachium mediam, quo via littoris ducere nequit, vel obiter notemus. Fuit hæc dono data à Carolo Martello S. Pirminio Meldensi Episcopo, Benedictini Ordinis, per Germanias propagatori præcipuo, & à Sintislao loci Domino Feidatario, Martelli per Alemanniam præfecto, quorum ope celeberrimum illic Augiense Cænobium condidit.

condidit, & venenata inde animalia magno prodigio exegit. Crevit exin benedictione Numinis, & Regum ac Principum liberalitate opibus & splendore, ita verè illustrissimum & potentissimum Germaniæ haberetur, illicque loco adeo à cæteris terris sejuncto, & Monasticæ vitæ congruo, maximi etiam Principes & magnates Deo inservire cuperent, tanto deinceps ejusmodi candidatorum confluxu, ut multis sæculis non nisi illustrissimis & Illustribus genere pateret, multosq; egregia Sanctitate & eruditione viros aleret, è quibus plurimi, ad Episcopales & Archiepiscopales extracti Cathedras, insignem Christi Ecclesiæ operam navaverunt. Sed de Augia plura suo tempore in Chronologia. Et hæc quidem omnia lacus Potamici & Rheni loca, Urbes, oppida, pagos, castra, Monasteria, &c. cùm è muris civitatis, tùm è turribus & proximis Urbi collibus, admirando non minus, quam plausibili intuitu Constantia nostra circumspicit, terrarum & aquarum amplissimos tractus & spatia, Sueviam, Helvetiam & proximas maxime Turgoviam, Linz-

*Splendor Mo-  
nasterii.*

*Archiepiscopi  
Episcopi.*

*Prospæctus  
plausibilis.*

Tigurum & Tigurina Ditio proxima Turgoviæ adjacet, à Metropoli Zurichgovia appellata. Verulissima Urbs est; quam nonnulli 16. tantum, alii 30. annis Treverensis initiis postponunt, alii à Suevo Sueviæ & Germaniæ Rege, alii à Thurico Rege Arelatum conditam contendunt, forte inchoatam à priore, à posteriore absolutam, sive restauratam, ita ut merito Duregum quasi Duorum Regum Urbs diceretur. Germanis prius paruisse quam Gallis, certum est, dehinc Gallis, quorum plurimi Reges illic diu confedere, nomen & robur gentis Romanis jam ante Christi ætatem ab armis innotuit, cum ipsam etiam Romanorum potentiam lace-  
re, Romamq; cum Cimbris tentare non vererentur; quos tamen C. Julius deniq; bello vicit & Romanis vectigales fecit donec à Franciæ Regibus subigerentur, & ab his ad Romanum evectis Imperium, Imperio accensi, illo ad Germanos translato, ipsi quoq; denuo Germaniæ accenserentur. Benevolam admodum habuere Fridericum I. Cognomento Ahenobarbum sive Barbarossam, & Rudolphum I. Habsburgium, qui maximis eosdem Privilegiis auxere, & quidem posterior bello Bohemico sibi auxiliarios tanti fecit, ut in fronte totius exercitus collocarit, centum prius ex iisdem Equites creans, qui tamen plerique eodem prælio fortiter pugnando gloriosè occubere; raro exin amoris signo Turegum seu Tiguram nobilitans, & suis insignibus Coronam Romani Imperii ad jungere concedens, ut immortaliter usque hodie Augustissimæ Domui Austriacæ obnoxii merito habeantur. Cæterum Confœderatis se junxit anno Christi 1351. suamque amplitudinem mirificè dilatavit.

*Tigurina Di-  
tioniis & Urbis  
descriptio.*

*Roman armis  
tentat.*

*Rudolphi I.  
Imp. largitio.*

*Potentia Vr-  
bis.*

ita ut ob potentiam primum obtineat locum inter Confœderatos. Præfecturas majores habet novem, minores duas & viginti; quas inter amplissimi & potentissimi continentur Comitatus & Baronatus, Dominia autem Equestris Nobilitatis, præter Urbes & oppida, ingenti numero, quorum nobis compertiora aliqua, ex nominibus arcium & castrorum, etſi maxima ex parte de industria dirutorum ſubiicimus.

	<b>Comites.</b>	<b>Barones.</b>		
<i>Subjecta Ditiones,</i>	Kyburg.	Keyferſtuol.	Hadlickon.	Gryffenſee.
	Rappenſchvveil.	Tägerfelden.	Bosſyckon.	Zymickon.
	Winterthur.	Schvanden.	Gryffenberg.	Folckenſchwyl.
	Baden.	Batzenberg.	Hoffſteten.	Landenberg.
		Wädifchvvyll.	Pfäffickon.	Hegnow.
	<b>Barones.</b>	Atal.	Hard.	Dübelſtein.
	Regensperg.	Noffickon.	Mur.	Wallifellen.
	Andelfingen.	Ottickon.		Opffickon.
	Kempten.	Liebenberg.		Ballerſtorff.
	Wetzickon.	Holtzhaufen.		Alt-Cloten.
	Uſter.	Boll.		Neu-Cloten.
	Eglifauv.	Freyeneckh.		Rümlang.
	Waſſerfeltz.	Guldinen.		Wollifhoven.
	Maudach.	Nännickon.		Schnabelburg.
	Adlikon.	Fridberg.		Adliſchwyl.
	Schrennen.	Bünifhoven.		Bucheneck.
	Lägern.	Rofsbach.		Balderen.
	Alt-Lägern.	Herdliberg.		Moneck.
	Hohen-Lägern.	Wulp.		Manneck.
	Sonnickon.	Kufsnach.		Utliberg.
	Ottelfingen.	Tachsberg.		Friefenberg.
	Steymaur.	Würp.		Altſteten.
	Hafſlen.	Wetzwyl.		Wyningen.
	Platten.	Balb.		Schlieren.
	Sevven.	Zollickon.		Altenfaar.
	Hochfelden.	Biberlisburg.		Schönenwerdt.
	Glatfelden.	Wittickon.		Oettlickon.
	Reinfelden.	Hottingen.		Baden.
	Zurzach.	Flünteren.		Bellickon.
	Tettingen.	Beckenhofen.		Syllenens.
	Vorburg.	Wolrow.		
		Ricktifchvvyll.		
		Ulickon.		

*Tigurina Ditiono.*

*Arces & Castra.*

Ut ex his tot arcibus & castris, ipsis Castrorum ruderibus animadvertas Provinciam præstantiam & amplitudinem, cum tamen hæc modica sit portio Diœceseos Constantiensis.

Post Tigurum, proxima dignitate Urbs & Respublica Bernas sive Ur- *Bernas Res-*  
 finia est, populo cultissimo frequens & magna atque exercita armis atque *pub.*  
 Aulis nobilitate, culta ædibus ornatissimis plateis amplissimis Urbs est, &  
 rerum omnium affluentia dives, præpotens opibus, & Urbium, oppidorum,  
 arcium, pagorum latissime exprorecto dominatu. Sub hoc Urbes & oppida  
 quadraginta continet, Dominia sive præfecturas quinque supra triginta. In- *Dominia per-*  
 de potentissima Helvetiorum confetur, sed & provincia fertilissima, unde *tinencia.*  
 vulgo dicunt: *Berna & il Bernese vale Milano & il Milanese.* ut facile de  
 hac etiam Helvetiæ & Diœceseos nostræ parte omineris, etsi non omnes  
 ejusdem Præfecturæ huic subiiciantur, eæ nimirum paucæ, quæ partibus  
 Galliæ sunt propiores.

Proxima honore & splendore Lucerna est, situ pereleganti civitas ad *Lucerna.*  
 lacum cognominem, quam Ursella fluvius mediam interfecat, præpotens ipsa  
 amplo Dominio, atque inprimis, communi Suicensium, Uraviorum, &  
 Transylvanorum emporio; quæ tota cum omnibus suum pastorem agnoscit  
 Episcopum Constantiensem. Inde Ursella quartum Ordine sibi vindicat *Ursella.*  
 locum, situ munitissima provincia, & securissima quæ à meridie Gotthardi  
 montem habet, ab ortu Crispaltum, ab occasu frigidissimum, & ascensu diffi-  
 cillimum, Furcam dictum, montem bicornum; à Septentrione lacum Luceri-  
 num sive Lucernatem respicit, & celebri fluvio Urfa alluitur. Suicia à qua *Suicia.*  
 toti Helvetiæ Germanâ nomenclaturâ, nomen obtigit, (*Schweizerland*)  
 id ipsum à Suecis & Suecia habet, cum hujus Regni incolæ, novas quaren-  
 tes primum illic confedissent. Generosum populum gignit & bello fortem;  
 cujus ditio etsi non adeo sit ampla, atque Bernatum & Tygurinorum, viri-  
 bustamen & animo multo superior est iis, qui vel maxime numero & opibus  
 prævalere se arbitrantur. Sylvania, naturali Alpium vallo circumsepta, *Sylvania.*  
 uberrimis dives pascuis, felix pecore, magnas inde colligit opes, proprio  
 quasi cœlo gaudet, ab nemine metuens, metuenda multis, cum populum alat  
 Herculeum, & armis ferendis inferendisque aptissimum & cordatissimum.  
 Apud hos cœlum ipsum magnum thesaurum conditum diu habuit, Beata  
 memoriæ Nicolaum Under-Waldensem, cujus Canonizationem solem-  
 nem Deus multorum solatio meliori ævo reservavit. Turgium versus *Turgium.*  
 Septentrionem Suitiam vicinitate attingit, lacuique cognomini adjacet, nobi-  
 lissimorum piscium feracissimo. Agrum compascuum vini frumentique fe-  
 racem habet. Nomen populi ab insigni robore & experientia militari jam  
 olim celebre, qui inito cum Tigurinis & Cimbris fœdere Romanorum  
 laceßere arma non timuit de quibus Plutarchus in vita Marii, & Eutro-

pius libro 5. Ipsos Toygenas Strabo appellat libro 7. nos Tuginos & Tugios nominamus.

*Glarona.*

Glarona suis etiam finibus & viribus contenta, quibus superiore sæculo celeberrimi nominis Comitatum Werdenbergium adjecit, altissimis fere und que cincta montibus, pinguiissimis gaudet campis & alpebus, lacte abundans, butyro, caseo & carne, cui & sylvæ omne ferarum genus, & aves, piscium copiam lacus & rivuliymphidissimi suppeditant. Et ipsa & superæ omnes Constantiensis Diœceseos, et si ipse amplissimæ, modicæ tamen portiones sunt.

*Basilea.*

Basilea, et si sejuncta Rheno sit, & pars altera littus Gallicum, alterum Germanicum occupet, hæc tamen etiam ad Constantiam nostram spectat Schaffhusio similiter, cum tota ditione, eodem pertinente.

*Solodurum.*

Sed & Solodurum, soror germana Treveris, Æqualis Abrahamo antiquitate, Galliis proxima, cum omni quæ cis Arulam Ditione est, Episcopiam nostri juribus subjacet, solo Fryburgo Nuitonum excepto, quo sese tanquam ad Asylum Lolannensis sua exul sede Episcopus recepit; et si & ipsa aliquando & Fundator Zäringius, & hæredes Kyburgii pastorem agnoscerent & in sacris Principem Constantiensem.

*Potentia Helvetia.*

Tanto Regno, ut vides, imperat jure Episcopali, una tantum ex parte Pontifex noster Constantiensis, ut si omnia solummodo oppida, castra, familias Nobiles & copiosas recensere liberet, tomus integer foret. Sufficit saltem, quæ ex parte Helvetiorum habet, obiter innuere; & alterum haud minus & potens ex parte Sueviæ, sacrum unius Episcopi in terris Regnum non nihil pensiculatorius intueri & considerare.

*Suevia amplissima.*

*Suevia* Provinciarum Sacro Romano Imperio maximè propriarum & quia soli Romanorum subjecta imperio, maximè liberarum, Nobilissima, amplissima & potentissima, major pluribus Europæ Regnis tota penè, certè maxima, & majore quam Regni unius parte Constantiensi Episcopatu, Vetustissima Regum & Cæsarum Maxumorum designatione & confirmatione incorporata est. Ea Ducibus olim suis potentissimis, (Pro-Rege s melius dixeris) paruit, hodie Solis Cæsaribus Augustis, qui maximis illam Privilegiis & immunitatibus donarunt, & coluè unt. Limites amplissimos habet ab Oriente Boicam sive Baviarum, ab Occidente Rhenum atque Alsatiam, à meridie juga & dorsum montium Tirolensium, Rhæticorum & Helveticorum, à Septentrione Franconiã. Continet longo latoq; complexu Ducatum Wirtenbergensem, deliciosissimum potentissimumq; Regno non impari, Ducatum Alemanniæ, Ducatum Zäringensem, Ducatum Urslingensem, Ducatum Teccensem, Marchionatus Badensem, Rumspergensensem, Burgoviensem, Hachbergensem, Röttelensem, &c. Landtgraviatus Baarentsem, Sufenbergensem, Stüelingensem, Kleggaviensẽ, provincias amplissimas,

*Limites amplissimi.*

*Principatus Suevia.*

Vinde-

ET DIOECESEOS DESIGNATIO.

23

Vindeliciam, Algoviam, Lintzgoviam, Kleggoviam, Hegoviam, &c. Comitatus ampliffimos, multos Principatus titulo digniores: Nellenburgium, Thengensem, Veringensem, Achalmensem, Neyffensem, Kirchbergensem, Aspacensem Lechsgmundanum, Hoheneccium, Calvensem, Montfertensem, Aspergensem, Wolfacensem, Uracensem, Ruccensem, Dettngangensem, Herrenbergensem, Ebersteinensem, Dilinganum, Lupffensem, Reinfeldensem, Oeningensem, Altorffensem, Ravenspurgium, Thannensem, Beyenburgium, Sonnenbergensem, Schelklingensem, Heilgenbergensem, Fürstenbergensem, Helffensteinensem, Zollerarum, Tubingensem, Oettingensem, Sulzensem, Zimmerensem & plurimos alios; ut nihil prorsus de Baronatibus aliisq; Dominiis opulentiffimis & ampliffimis memoremus, nedum de incredibili numero Dynastiarum Equestrium, quæ agrorum, sylvarum, comporum vinearum ingentia complectuntur spatia, quibus excolendis magna omnino domesticorum, & colonorum, nec non junentorum copia requiratur. Et quantum hoc, quod hæc ferè omnia, certè maximam partem, unica Diœcesi Constantiensi continentur? Et quantum Urbium, etiam præstantiffimarum & potentiffimarum? quantum oppidorum, pagorum, vicorum, castrorum? &c. Certè, si vel unicum Sueviæ nostræ Ducatum Wirtenbergiæ consideremus, solus & unicus sex supra sexaginta civitates & oppida continet sunt autem sequentia:

Comitatus.

Baronatus & alia Domina.

Wirtenbergia 66, oppida & urbes continet.

- |  |                   |
|--|-------------------|
| 1. Stutgardia sedes Principum sive Residentia ordinaria. |                   |
| 2. Tubinga elegans & insigni Academia illustris civitas. |                   |
| 3. Tuttlinga.  | 4. Balinga.       |
| 5. Ebinga.   | 6. Rosenfeldt.    |
| 7. Blaubyra.   | 8. Minsinga.      |
| 9. Aurachium.  | 10. Neyffen.      |
| 11. Kircheim.  | 12. Weilheim.     |
| 13. Nirtingen.   | 14. Gräzingen.    |
| 15. Walterbach.  | 16. Herrenberg.   |
| 17. Beblingen.   | 18. Sindelfingen. |
| 19. Calw.  | 20. Nagolt.       |
| 21. Wildperg.  | 22. Zavelstein.   |
| 23. Wildbaden.   | 24. Neuburg.      |
| 25. Rizingen.  | 26. Vaihingen.    |
| 27. Bieticken.   | 28. Bunicken.     |
| 29. Brackenheim.   | 30. Dornstetten.  |
| 31. Schiltach.   | 32. Hornberg.     |
| 33. Besicken.  | 34. Guglingen.    |
| 35. Sulz ad Neccarum.                                    | 36. Heiterbach.   |
| 37. Dornheim.  | 38. Garthard.     |

Reconsentur ex nomine.

- |                  |                  |
|------------------|------------------|
| 39. Lauffen.     | 40. Kirchen.     |
| 41. Marbach.     | 42. Backana.     |
| 43. Bottmar.     | 44. Winida.      |
| 45. Grieninga.   | 46. Leonburg.    |
| 47. Haymsen.     | 48. Canstat.     |
| 49. Waiblingen.  | 50. Göppingen.   |
| 51. Schorndorff. | 52. Murbart.     |
| 53. Hohenegg.    | 54. Bernegg.     |
| 55. Hevrbach.    | 56. Hettingen.   |
| 57. Bamerdingen. | 58. Hechingen.   |
| 59. Habingen.    | 60. Windlingen.  |
| 61. Buolach.     | 62. Garrach.     |
| 63. Giglingen.   | 64. Eßlingen.    |
| 65. Reutlingen.  | 66. Weiderstatt. |

*Urbes Imperii.* Et quid de reliquis totius Sueviæ Urbibus, potentia, autoritate, splendore, firmitate celeberrimis dicas, quarum paucas admodum in Diœcesi nostra sitas, præter Constantiam obiter attingimus, & prima est ULMÆ. *Vlma.* Et hujus quanta potentia? quanta vires? quanti census? quanta firmitas? quantus splendor? *Brisacum.* Brisaci quanta fama? quanta gratia? quam sive Adamantem dixeris, splendore & pretiositate, sive Magnetem insuperabili robore, bene dixeris, talis certe est, quam Regum maximi coronæ inferendum suæ pridem & semper exambierint, etiam multo afferendam sanguine censuerint uti etiam usque hodie Constantiæ insidiari nostræ multis indiciis & argumentis comprobantur. *Lindavium.* Et quid de Lindavio dicam, quam Teutonicas Venetias nonnulli dicunt, nos metas fortunæ Suevicæ, quo minus sese exporrigeret, feliciores metis, quas Cæsarum Maximo Carolo V. ereptas Henricus suo Regno adjecit, simulque Verdunum & Tullum sui juris fecit; nostri Potami Urbibus, Constantia Lindavio Uberlinga, nomen, famam pignora sua longe feliciter propugnantibus & conservantibus. *Uberlinga.* Et sanè Uberlinga æquè inexpugnabilem se præbuit, nisi hostem suo ingenio metiens, improvida improvisum Wirtenbergium in viscera prius admisisset quam vidisset. *Plures civitates.* Et quam fortiter Memminga se gessit? Tantis Urbibus potens & culta admodum, Diœcesis nostra est, ut ornatissimas alias civitates & amplissimas, Biberacum, Campodunum, Rottvillam, Ravenspurgum, Isnam, Rüttlingam, Leutkirchium, Eßlingam, aliasque de industria prætereamus. Et quid si singulorum Principum, Comitum, Baronum, oppida, pagos, palatia, castra, &c. recensere vellemus? certe nimium quantum Opus præsens intentionem & promissionem nostram superaret. Et quid si ejusmodi omnia, non unius solum Sueviæ, sed totius Diœceseos simul computaremus? *Monasteria Diœceseos.* Quid si unius Diœceseos Monasteria omnia & singula describere, eorumque proven-

proventus & reditus, ditiones, pagos, vicos, castra, villas ad computum referre aggredemur? Ex his quinque Sacri Romani Imperii Principes Abbates & Abbatissas habent, Campidonense inprimis opibus & potentia valentissimum, inde Sangallense & Einsidlenense nec non Buchaviense & Lindaviense & hæc quidem Nobilium Canonissarum. Ex Abbatissis nonnulla referimus Ordine Alphabetico, ne alterum alteri præferre videamur.

Augia Dives, inter potentissima olim Germaniæ non solum sed Euro- *Augiense Ca-*  
pæ habuit, quod solum quingentos olim Vasallos Nobiles sive Feudata- *nobium.*  
rios habuisse memoratur.

Augia Major prope Brigantium Apostolicorum virorum jam olim *Major Augia,*  
Seminarium, situ amoenissimum, verè Sanctorum longa habitatione conse-  
cratum & fortunatum.

Augia Minor Ordinis Præmonstratensis Abbatia prope Ravenspur- *Minor.*  
gum ad Amnem Schussium.

S. Blasii Herciniæ vetustissimum Christianorum Asylum, disciplinâ, s. *Blasii.*  
eruditione, opibus, amplissima ditioe usque hodie, etsi montibus undique  
circumclusum spectatissimum tamen & illustrissimum.

Baindtense Virginum Reformationis Cisterciensis Nobile Cænobium *Baindt.*  
prope Sylvam Weingarttensem.

Creüzlingense Ordinis Canonorum Regularium celebre extra Mu- *Creüzlingen.*  
ros Constantienses Cænobium, quod è cineribus hodie spectatissimum re-  
surgit.

Engelbergense Ordinis Benedictini in Helvetia splendidum Cæno- *Engelberg.*  
bium illustrium virorum sanctitate frequentissimum, Angelico concursu &  
cælesti Musicâ consecratum.

S. Georgii Herciniæ, inter potentiora & sanctiora ante Religionis s. *Georgii.*  
mutationem habitum, hodie in novam spem resuscitatum. Günterstallense  
Nobile admodum Virginum Cisterciensium Monasterium, inter præcipua  
Virginum.

Heilig-Creüzthal, Ejusdem Ordinis præclarum, & ab optima discipli-  
na laudatissimum Cænobium.

S. Joannis Vallis Tauri, sive Thuræ Benedictini Ordinis Abbatia, cu- *S. Joannis.*  
jus Abbatem agit Abbas & Princeps S. Galli, splendidæ molis & architec-  
turæ sacrum Domicilium.

Marckthal Præmonstratensis Ordinis potens Cænobium, editiore lo-  
co Danubio impositum, situ admodum eleganti.

Muri, sive Murense Helvetiæ in Argovia, Religione, eruditione & *Murense.*  
opibus locuples Monasterium, prisca Hapsburgensium Comitum pietatis &  
munificentia splendidum monumentum.

- Ochsenhausen.* Ochsenhusum, magnificum omnino ingentimole, sumptu, splendore, Benedictini Ordinis Monasterium, Religione, eruditione, singulari Numinis in temporalibus & spiritualibus benedictione fortunatissimum.
- Petrusium.* Petrusium celeberrimum Constantiensis in Urbe, sive Suburbio Benedictini Ordinis Asceterium ad Rheni ripam adsitum à Sanctissimo Urbis Episcopo Gabhardo fundatum, qui insignes à Numine gratias loco impetravit.
- S. Petri.* S. Petri Herciniæ, Benedictini similiter Ordinis, à Ducibus Zäringiæ loco Divinis exercitiis & sacrae quieti commodissimo Ducali magnificentia exstructum & dotatum.
- Rhenaugia.* Rhenaugiense loco ad miraculum eleganti, Rheno undiq; circumdatum, rebus omnibus affluens, Religiosa disciplina insigniter expositum Divi Benedicti Cœnobium.
- Roth.* Rothense, vulgo Münchroth, Ordinis Præmonstratensis Monasterium, candidioris vitæ quam habitus factum Canonicorum Collegium, magni ubique nominis habitum.
- Salem.* Rottenmunster, Sacrae familiae Cisterciensis, Virginû celebre admodum Cœnobium, prope Röttvillan, haud procul à fontibus Neccati fluminis.
- Salem.* Salemitanum vulgo Saltenschvveil ejusdem Ordinis Virorum amplissimum, splendidissimum & potentissimum Monasterium, Virorum sanctitatis non minus laude, quam eruditionis celebratissimum.
- Sorethum.* Seckingen, Virginum Canonissarum præpotens Cœnobium à S. Fridolino SS. Remigii & Benedicti discipulo, fundatum, Rheno fluviorum Cæsari situ opportunissimo & elegantissimo adsitum.
- Sorethum.* Sorethanum vulgo **Schuffenriedt** ab Amne Schuffio præterfluente, nec longe inde erumpente cognominatum Ordinis Præmonstratensis splendidum, nuper à fundamentis restitutum splendide Cœnobium.
- Tannenbach.* Tennenbacense Benedictini Ordinis in Alsatia Monasterium Reformationis Cisterciensis.
- S. Trudperti.* S. Trudperti ad Herciniam vetustissimæ Fundationis, Benedictinæ Regulæ Monasterium, Veterum Habsburgi Comitum loci fundatorum & Dotatorum Mausolæo insigne, Sanguini & corpori sancti ejusdem nominis Martyris inædificatum.
- Veldsbach.* Veldtbacense Virginum Cluniacensis primum Reformationis, dein Cisterciensis, Constantiæ, majoris quietis ergo, ad locum magis solitarium translatum, Religionis fervore florentissimum.
- Vischingen.* Vischingense Benedictini instituti celebre in Helvetiæ ad altissimi Montis Hörnlini pedem Asceterium, ob S. Ithæ memoriam & sacra ossa à peregrinis frequentatum, & rebus floret & disciplinâ.

ET DIOECESIOS DESIGNATIO.

27

S. Urbani Reformationis Cisterciensis Regulæ Benedictinæ magnificum Cænobium in Helvetia ditone Lucernata ad Murgam Amnem fundatum à Nobilibus de Langenstein. *S. Urbani.*

VVeingartense Benedictini Ordinis in Suevia Cænobium, à Pipino Alemanniæ Rectore dein Gallo Rege Caroli Magni parente fundatum, à Guelphis Principibus restauratum & dotatum, Ss. Sanguine lateris Christi beatissimum. *Weingarten.*

VVettingense Sacræ familiæ Cisterciensis prope Badenam Helvetiæ opulentum Cænobium ad ripam Limagi fluvii: è quo non vulgari sanctitatis laude viri prodire. *Wettingen.*

VViblingense Benedictini Ordinis prope Ulmam in Suevia ad Illarum fluvium, florentissimum olim hodieque viris eruditionis & integritatis laude præcipuis S. Cruci (cujus insignis ibidem colitur portio) dictum Monasterium. *Wiblingen.*

Ysnense S. Georgio Sacrum in ipsa Imperiali Civitate Ysnensi egregium Monasterium, quod post tristissimum à sulphure nitrato diruptæ turris cujusdam incendium, è cineribus hodie splendidius resurgit. *Ysnense.*

Zwvifaltense, ad duplicium aquarum lympidissimos fontes, loco amœnissimo & cœlestium contemplationi aptissimo, eximia sanctitate & eruditione incolas frequentissimos semper habuit, nec minus temporalium rerum abundantia & benedictione Numinis singulari floruit, floret, & florebit. *Zwvifalten.*

Ecce paucissima è plurimis unius Episcopatus Monasteriis, quod omnia enumerare nimis quam prolixum & molestum existeret, cum ex publicis Ecclesiæ nostræ tabulis constet, jam anno Christi 1436. sub regimine FridERICI III. eo nomine Constantiensis Episcopi Comitum Zollerani, in Synodo Constantiæ solemniter celebrata, in toto Cænobiorum per Diœcesim numero, numerata Monasteria utriusq; sexus fuisse trecenta & quinquaginta; de quo etiam non pauca, superiore sæculo, cum mutatione Religionis decesserint, sacrilego instituto Apostatarum à fide in profanos conversa usus; certum tamen est nostra & supera ætate, Patrum Capucinatorum, Carmelitarum, Societ. Jesu, Franciscanorum Discalceatorum, jugi & mirabili incremento, longè plura, magno Religionis & pietatis emolumento, largâ priorum contributione à fundamentis consurrexisse, imo Religiosorum numerum tantopere adauctum esse, ut ubi subinde vix decem ac duodecim convixerant, nunc triginta quadraginta sexaginta & sæpe supra septuaginta in simul Religiosè admodum, maxima in super

cum eruditionis, tum præclari exempli laude convivere comprobentur. Quid de Domibus sive Commendaturis, ut vocant, Ordinum Equestrium S. Joannis Melitenensis, & B. M. V. Teutonicorum in super dicam, quarum in Diœcesi tantus est numerus, ut plane mirandum videatur, quorum Equitum possessiones & multæ admodum & magnæ sunt a deoq; amplissima plerumq; Ditiones, *Prò quantum numerus Cænobiorum.*

*Crevit hodie numero.*

*Commenda Ord. Equ.*

Heiters-

## 28 TOPOGRAPHICA CONSTANTIÆ

- Domus Eques-*  
*tres.*
1. Heitersheimensis inprimis Commenda seu Commendatura, Residentia Magistri & Principis totius Equestris Ordinis Melitensum sive S. Joannis, digna Principe domus, dignis Principe retributis, quibus hodie gaudet, Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Fridericus Hassiæ Landtgravius, Princeps omni commendatione dignissimus, Ordinis illius Decus singulare.
  2. Domus B. M. V. in Altshausen Ordinis Teutonici Magni Commendatoris, arx amplissima & Principe digna, cum ampla ditione.
  3. Domus Militaris Ordinis Teutonici B. M. V. in Maynauw prope Constantiam in Insula Potami amœnissima, situ & opere præclarè munita.
  3. Domus Militaris Ord. S. Joannis Bapt. Fryburgi Brisgovia.
  4. Domus Militaris Ord. Melitenfis in Tobel.
  5. Domus Militaris B. M. V. Teutonicorum, & ipsa Fryburgi Brisfiacæ.
  6. Domus Milit. Ord. B. Joan. Bapt. in Überlingen.
  7. Domus Milit. B. M. V. Teutonicorum in Beücken.
- Commenda*  
*Equest.*
8. Domus Milit. Ord. S. Joan. Bapt. in Civitate Vilinga, ubi Magnus Ejusdem per Ungariam Prior residet. Ill<sup>mus</sup>. DD. Franciscus à Sonnenberg Dominus in Baldweil, &c. Vir præstantissimus.
  9. Domus Militaris ejusdem Ordinis in Rottweil.
  10. Domus Militaris Ordinis Melitenfis S. Joannis Bapt. Lucernæ.
  11. Domus Milit. Ordinis ejusdem in Rordorff.
  12. Domus Milit. Ordinis ejusdem in Hemendorff.
  13. Domus Militaris Ejusdem Ord. in Rexingen.
  14. Domus Milit. Ordinis ejusdem in Kufsnach.
  15. Domus Militaris ejusdem Ordinis in Bubickon.
  16. Domus Militaris S. Joan. Melitenfis in Wedischwyl.
  17. Domus Milit. ejusdem Ord. in Neuwenburg Brisangia.
  18. Domus Militaris Equestris Ord. S. Joannis Melitenfis in Kenzingen.
- Commenda.*
19. Domus Militaris ejusdem Ordinis in Lüggeren.
  20. Domus Dominici Sepulchri in Deckendorff.
  21. Domus S. Antonii Fryburgi in Brisgovia.
  22. Domus ejusdem Ordinis in Neuwenburg Brisangia.
  23. Domus ejusdem Ordinis in Utznach Helvetiæ.
  24. Domus ejusdem Ordinis S. Antonii Vilinga, &c.
  25. Domus Ord. Teuton. in Hiltzkilch.
- Et quot insuper Præposituræ & Collegia Canoniconum unius & ejusdem Dioceseos & Episcopatus? Collegia aliquot enumeremus. 1. S. Stephani in Urbe Constantiensi. 2. SS. Joan. Bapt. & Evangelistæ ibidem. 3. Cellense sive in Cella Ratholdi.

- |                                    |                                     |
|------------------------------------|-------------------------------------|
| 4. Collegium in Marckdorff.        | 5. Collegium in Hechingen.          |
| 6. Collegium in Herrenberg.        | 7. Collegium in Bettenbrunn.        |
| 8. Collegium in Sindelfingen.      | 9. Collegium in Tübingen.           |
| 10. Collegium in Stuttgarten.      | 11. Collegium in Furindanu.         |
| 12. Collegium Bischoffzellense.    | 13. Collegium Beronense.            |
| 14. Collegium Zofingense.          | 15. Collegium Embracense.           |
| 16. Collegium in Zurzach.          | 17. Collegium SS. Felicis & Regulæ. |
| 18. Collegium in Waltdkirch.       | 19. Collegium in Wisensteig.        |
| 20. Collegium in Stauffen Algovia. | 21. Collegium Surcense.             |
| 22. Collegium Ehingenfe.           | 23. Collegium in Horb Suevia.       |

*Collegia Canonorum.*

Sed quia nulla re magis constat, de Pastoralis Curæ adeoque Dioceseos ipsius extensione, quam Decanatum Ruralium subjectarumque cuius Parochiarum & Ecclesiarum multitudine ; illos istasque suo ordine enumeremus.

DECANATUUM DIOECESIOS, CONSTANTIENTENSIS, ET ASSIGNATARUM CUIQUE ECCLESiarUM CATALOGUS.

*1. Decanatus Stain.*

- |                        |               |               |
|------------------------|---------------|---------------|
| Hiltzingen.            | Tayngen.      | Merishausen.  |
| Jan, sive Fürstenberg. | Kirchstetten. | Ramsheim.     |
| Singen.                | Bollingen.    | Horn.         |
| Schinen.               | Wangen.       | Hemmenhofen.  |
| Gaylingen.             | Randeck.      | Oeningen.     |
